

**For your reading pleasure**  
**Latin for the Absolute Novice, Session IV**

Neque māter neque pater est in lūdō.

Absunt.

Quae ratiō est?

Neque māter neque pater est in lūdō quia nōn sunt discipulī.

In lūdō igitur magister in locō parentis est.

Fīliōs fīliāsque docet.

Fīliī fīliaeque mātris patrisque sunt discipulī discipulaeque magistrī.

Puer quī est fīlius aut frāter aut nepōs domī (i.e., in casā) est discipulus in lūdō.

Puella quae est fīlia aut soror aut nepōs domī (id est, in casā) est discipula in lūdō.

Vir quī est paterfiliās domī (id est, in casā), in lūdō fortasse magister est.

Fēmina quae domī est māterfiliās est fortasse in lūdō magistra.

Fēmina quae est māter fīliae est simul fīlia mātris.

Vir quī est pater fīliū est simul fīlius patris.

Quis est māter? Māter est fēmina quae fīliam vel fīlium habet.

Quis est pater? Pater est vir quī fīliam vel fīlium habet.

Quis est nepōs? Nepōs est fīlius fīliū vel fīlia fīliū vel fīlius fīliae vel fīlia fīliae. Intellegisne? (i.e., comprehendisne?)

Nōn sumus omnēs matrēs vel patrēs, sed nōs omnēs sumus nepōtēs.